



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Si posset homo viuere semper vtens aliis lignis, & non de ligno vitæ Deo  
non mandante, vt de illo ederet. B. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



*Aug. de Gen.  
ad literam.  
l. 6. cap. 25.  
ad princip.*

*Ibid. paulo  
inferius.*

*Aliqui di-  
cunt, quod  
si non vire-  
tur Adā de  
ligno vita  
non semper  
viueret quis  
peccaret.*

beneficium esset gratiæ, scilicet, immortalitas, id est, posse non mori? Ad quod dici potest, qui alterum habebat in natura corporis, id est, posse mori: Alterum vero, scilicet, posse non mori, erat ei ex lignovite, scilicet, ex dono gratiæ: Vnde Aug. super Gen. Quodāmodo creatus est homo immortalis, quod erat ei de ligno vitæ, non de conditione naturæ. Mortalis erat de conditione corporis animalis, immortalis beneficio conditoris. Non enim immortale erat, quod omnino mori nō posset: quod non erit, nisi cum fuerit spirituale. Apertè dicit, quod non ex natura, sed ex ligno vitæ habebat posse non mori. Propter hoc aliqui dicunt, quod nisi illo ligno vitæ vteretur, non semper viueret, quia peccaret. Peccaret enim si illo ligno non vteretur: quia præceptū erat ei, vt nō comederet de omni ligno paradysi, nisi de ligno sciētie boni & mali. Sicut ergo peccauit comedēdo quod erat iustum,

*Si non foret præceptum, vt de illo ligno comederet & aliis, & non illo vteretur, an posset non mori.*

Sed adhuc quæritur, si non esset præceptum vt de ligno vitæ ederet & aliis, & non illo vesceretur nunquid posset non mori? Si semper viueret non vtens illo ligno, non erat ei ex illo ligno posse non mori. Si vero non posset sēper viuere, id erat ei ex illo ligno. Aliqui dicunt, quod si non fuisset ei præceptum vesci illo ligno & aliis, & non illo vesceretur, viueret semper sic determinantes illud quod suprā dixit Aug. Erat ei de ligno vitæ, non de conditionis naturæ tantum, scilicet, quasi non ex conditionis naturæ solummodo erat ei, sed etiam ex illo ligno. Aliis autem videtur, quod ex ligno vitæ erat ei, posse non mori, non ex natura. Ideo enim dicitur posse non mori, quia poterat vti illo ligno, de quo edens non moreretur.

*Qua*